



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Cur sic odiunt schismatici vnctionem & chrisma. tit. 138

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

peccati, Ioan. 9? Sudariola Pauli, Actor. 19. Fimbria Christi mulieri, Marc. 5. Cur mittitur sal in aquam, ut dulcescat iterum. Exod. 15. & 4. Reg. 2. Si ergo Deus per hæc media voluit sanare, cur negas vnctionem.

Tertiò, Fructus igitur vnctionis explicantur lac. 5. Primus est, alleuiatio infirmitatis & doloris vel in toto, aut vt tolerabilius sustineatur. Secundò, remissio peccatorum, quæ in corde, oculis, auribus, manibus, pedibus, & toto corpore commissimus. Non respicere oportet solum in oleum, sicut hæretici faciunt & ridet: sed in virtutem & operationem Dei, quæ per hoc medium operatur. Neque aqua Baptismi tollit peccatum, sed medium est, per quod Deus tollit peccata, Actor. 2. Habet hoc Sacramentum testimonium veteris Ecclesiæ, idè non est omittendū propter hæreticos; nec solum est corporis medicina, sed etiam animæ.

Et quoniam incerti sumus sapè, An infirmitas homini contingat vel propter punitionem in præsentia ad tempus, sicut cõtigit paralytico, Ioan. 5. & Ezech. 2. Regum 20. Idè Ecclesia non statim in principio infirmitatis vngit, sed expectat Dei correctionem. At quando videtur periculum vitæ, &c. tunc vngitur infirmus, vt alleuiatus ab onere peccatorum, citius ad Deum pergat. Hæc est simplex Catholicorum fides de Sacramento extremæ vnctionis. Cui quoque accedit consolatio sacerdotis, & oratio & suffragiū populi, &c. sicut iubet Apostolus Iacobus: Si quis inquit, infirmatur, vocet sacerdotes &c.

*CUR SIC ODIUNT SCHIS-*  
*matici vnctionem & Chrisma.*

TITVLVS CXXXVIII.

**N**OTANDVM primò, quòd triplici ratione mouentur Schismatici, quòd sic odiunt & derident vnctiones, Chrisma, & alia Sacramēta.

Y y § talia,

talia. Prima est error: Altera, superbia: Tertia, odium  
Ecclesiæ Catholicæ.

Primò error, Nam sic opinantur & dicunt: Catho-  
lici ligant salutem in creatura, id est, quòd oleum  
Christi remittat peccata, penetret cœlum: at ma-  
gnum est peccatum, Deo furari suam gloriam, & tri-  
buere creaturæ, cum dicat scriptura Esai. 42. Glori-  
am meam alteri non dabo. At hoc est mendacium,  
quo sectæ grauant Catholicos, qui omnes vno oec-  
cum Propheta clamant, Psalm. 83. Gratiam (remis-  
sionis peccatorum) & gloriam (salutis) dabit Domi-  
nus Deus propter Christum. Nemo vnquam docuit,  
quòd hæc vnctio & Christma per se efficeret: sed sic  
docemus, quòd fides in Christum per hæc media ap-  
præhendit gratiam & gloriam. Deus propter Chri-  
stum facit per vnctionem, vt medium, non ipsum o-  
leum: sicut nec in aqua Baptismi, nec in esu corporis  
& sanguinis Christi locamus salutem, sed fides hæc  
appræhendit per hæc media. Vt enim aqua signifi-  
cat lotionem corporis, sic Dei virtus per aquam li-  
uat peccatum eius qui credit intus. Christma Bap-  
tismi, significat sanctificationem: in Confirmatione,  
robur ad pugnam pro fide. Oleum misericordiam,  
qua in præsentem & etiam vltimo remittuntur pecca-  
ta, quæ alioqui per totam vitam sæpè remittuntur  
tute clauium, Ioan. 20. Contemptores ergo nondum  
sciunt mysteria &cæ.

Secunda causa, est superba derisio Sathanæ per ha-  
iustmodi homines. Nam ab initio derisit Dei opera &  
cultus, Genes. 3. Non moriemini, quasi dicat, quid po-  
terit nocere comestio pomi, &cæ? Sic per gentes &  
Iudæos deridet & contemnit, quòd nos credimus,  
per lignum crucis nos redemptos, 1. Corinth. 1. id est  
per Christum in ligno crucifixum, sic omnes articu-  
los fidei deridet. Sic per gentes derisit circumcisi-  
onem Iudæorum, quasi sit res ludicra. Sic per Nazaranos  
prima

principem Syriae, lauationem in Iordane, 4. Reg. 5. Ita per homines deridet, quonia in pane & calice credimus esse verum Christi corpus, Mat. 26. &c. Idẽ Sathan sic per schismaticos deridet cæremonias & Sacramentalia Ecclesiæ, vñtionem & Chrisma: sed sicut nos Catholici ppter ea non deponimus fidẽ, propter derisionẽ Gentium & Iudæorum, sic ne propter schismaticos hæc negligenda sunt, sicut dicit propheta Psal. 58. Et tu Domine deridebis eos, &c.

Tertiõ, hoc faciunt ex odio contra Ecclesiam Catholicam, & ad seipfos declarandos, quõd non sunt de Ecclesia Catholica, sed schismatici, Hus, Vvigness, &c. sed ex quo scimus ex Paulo, Gal. 5. quonia secta, id est, qui nolunt idem sentire cum Ecclesia Catholica, regnum Dei non possidebunt, idẽd committimus eos Deo. Quid nobis de his, qui foris sunt, inquit Apostolus 1. Corinth. 5. illos Deus iudicabit. Et Christus ait Mat. 18. Qui Ecclesiam non audierit, &c. Si nendi igitur sunt, & Deus est qui nouit qui sunt eius, 2. Timoth. 2.

QUID SUNT PRÆCEPTA DEI.  
TITVLVS CXXXIX.

**R**ia sunt notanda. Primõ, quid sint præcepta Dei: Secundõ, cur à Deo præcepta: Tertiõ, qui fructus sint ea seruanti- bus. Primõ præcepta Dei sunt opera, quæ Deus præcepit, & in duabus tabulis scriptis digito suo, sub maledictione æterna exigens obedientiam, Deute. 27. ab his, qui credunt. Et sunt decem præcepta, omnia alia opera, cultum & religionem in se includentia, atq; cæremonias, & in hunc finem Deus dat in iustificatione Spiritũsanctũ, homini adiutor em, qui cum regeneret, assistat, Rom. 8. qui obedientiam legis per illum perficiat. Non enim Deus à nuda natura, oppressa peccato, exigit ple-  
nam illam